in septio ca. de aromatibꝯ. Cepe in
cap. de acrumine: Cicercula in ca.
de ciceribꝯ: colūbus. castratus. co
turnix capolus. ceruus; cerebella:
caput collū: oīa sunt in ca. d carne

de dactilo

De dactilo cap. xxxvi:

Dactilus calidꝰ et humidus in primo gradu inter fructus boni existit nutrimēti. difficilis est digestionis· bonū sanguinem generat. differunt dactili scđm diuersas regiones. ubi sunt in calida enī regione. dulciores sunt q̃ in frigida. et dulciores generat epatis et splenis opilationes: et citius digerūtur et uentrē lubricant et meliorē sanguinem generāt.

de Indivia

Sanctissima

De Endiuia c. xxxvii.

Endiuia. quedā est siluestris & amarior. quedā domestica & ortulana cū foliis crispis. utraq; utimur in insalaticiis et ferculis que recens est frigida et humida est in primo. et quāto plus de amaritudine ꝑticipat: tanto minus de frigiditate et humiditate habet. quidam

tamen dicunt siluestrem frigidam
esse in primo. humidam in secũdo.
licet endiuia nõ generet tã bonũ
sanguinem sicut latuca meliores tñ
uirtutes habet et siluestris melior
est q̃ domestica: aperit opilationes
epatis et uenaꝝ. et malã caliditatẽ
extinguit. remouet fastidiũ stoma
chi ex caliditate ꝓductũ illũ ꝯfortã
do: et est res optima stomacho ca
lido comesta aut superius emples
trata. hanc singularẽ inter ceteras
herbas habet endiuia. ꝙ tã in ma
teria calida q̃ frigida epati iuuam̃
tum p̄stat: in calida quidẽ ratione
manifestaꝝ qualitatũ: et in frigida
ratione aperitionis opilationũ: et
sue ꝓprietatis occulte qñ comedit
cũ aceto stomachũ ꝯfortat: et uen
trem stipticat. Ipsa cum redice sua
pistata aut emplestrata aut succus

Indivia est ... herbarum maior ... et melior ... maiore ... ad sanitatem ...

prime ...

leen

eius bibitus puncture scorpionum
uespaꝝ et prauoꝝ uermiū ueneno
soꝝ confert.

De eruca cap. xxxviii.

Eruca alia ortulana alia sil
uestris: calida est in secđo
et sicca in prima. sed recens habet
humiditatē in prima licet inflatiua
sit. apit tñ opilationes epatis· sola
comesta capitis dolorem inducit.
qui a latuca endiuia aut portulaca
remouetur. eruca insuꝑ scđm ua
rias complexiones & diuersam quā
titatem diuersos ꝑducit effectus.
Ab ipsa cauere debent colerici et
sanguinei nisi cū ꝑdictis herbis fri
gidis comedatˀ: ꝙ ipa n. si multa co
medit̃ et sola acuit sanguinē luxu
riā remouet eiusq; materiā exiccat
tꝑe aūt comesta in frigidis cōplexi
onibꝫ digestiuā ꝯfortat. coitū inci

ortolana
et silvestra

tat.et eius materiam auget.et pro
prie si cocta comedatur.

De enula cap.xxxviiii.

Enula calida est et sicca in se
cūdo licet aliqualem super
fluā humiditatem in se contineat.
radice eius utimur.aut in insalati-
tio cum sua amaritudine aut coc-
ta in tortellis cum ouis et cerebel
lis et similibꝫ.eius usus melior est
in hieme.confortat cor.pectus at
qꝫ pulmonem a uiscosis et superflu
is humoribꝫ mundificat.stomacho
repleto ꝓdest.epatis et splenis opi
lationes apit.supfluus eius usus sp
ma diminuit et sanguinē putrefac̄
siaticis podagricis et doloribꝫ omī
bꝫ ex frigida causa ꝯfortat.et mor
sui serpētū ꝓficua ē enula insuper
et ꝓprie succus eius singularē ha-
bet uirtutē ut uermes interficiat

Enula

ipo∫q; de corp̄e exire faciat edius ericius epar. ∫up̄ius in ca. de carne

De ficu ca. xl.

Ficus q̄ recēs ē parū p̄ e∫t cali da declinās ad huīditatē. ∫ed ficus ∫icca calida et ∫icca ī p̄rio: fi cus qdē oībꝫ fructibꝫ laudabilior et nutribilior exi∫tit: que nō ē ma tura calida ē et ardēs: et mala p̄pt̄ lac eiꝫ ∫ed bn̄ matura ē p̄piqua; & nō nocet. licet omēs fructus ∫unt nociui: qq̄ cortex ficus ∫it dura ad digerēdū. ∫icut cutis et ∫emē pani co∫um ∫it mali huōris generatiuū p̄ ∫e ∫olū. tn̄ ficus ∫i nō exi∫tit in ∫i militudine nutrimēti carniū: inter ceteros uero fructus uehemētioris et laudabilioris et melioris exi∫tit nutrimēti. ficus albe meliores ∫unt rubeis. et rubee nigris: oēs tn̄ ficꝫ uirtutē habēt inpinguādi. licet eiꝫ

ficus. ficus

los ... blancos y rroxos y negros me jors son los negros

impinguatio faciliter resoluatur &
pricipalis oditio ficus ē bonum ge
nerare nutrimētum si in stomacho
bonos repit buōres. sed si malos re
pit et supfluus et pprie que ē sicca
malū et penetratiuū generat sang
uinē. et secum illos buōres ad sup
ficiē corpis et ptes cateneas ducē
et ppter hoc ficus generat pedicu
los. et exteriorē cutī bumetāt: et
sudare faciūt. et oīs ficus tā recens
q̃ sicca epilēticis ofert. pulmonem
pectus. gutturis aspitatē lenit. opi
latioēs epatis et splenis apit. licet
eis noceat: et duo apostemata sunt
super illā dulcedinē. urinā puocat
buōres grossos a renibꝫ et uessica
expellēdo. que recēs ē aliqualiter
nocet stōacho. sicca uero nō nocet
et sicca ē mirabilis iuuamti in ape
riēdo uias cibi. et pprie cum nuce

Leenij

uel amigdola et uirtutē habet solu
tiuā aliqualiter et ꝓprie cū amig
dola. primi fructus ficuū qui ut flo
res sunt quos follatianos dicimus:
superfluā et indigestā hn̄s humidi
tatē. mali et grauis nutrimēti et fa
ciliter digestibilē. in est ꝙ sole ex
siccari nō possunt. licet in calidiori
anni pte ꝓducant: et ab autoribus
experimēto cōpertū ē ꝙ ficus nux
et ruta demane simul comesta con
tra omne uenenū est. et ꝯtra pesti
lētialē aerē spēalē uirtutē p̄stat.

De fungis. ca. xli.

Fungi īter ipos et tubera est
drīa. ut in c. de tuberibꝫ pa
tebit: frigidi sunt et huīdi in quar
to licet qdā dicāt ꝙ sint in tercio
difficilis sunt digestōis et huōrem
generāt grossum. timet̄ ex eoꝝ co
mestione stupor membroꝝ. dolor

uētris :apoplexia difficultas urinā
di et ꝓfocatio cū morte:fungoꝝ q
dā sunt mortiferi et qdā n̄ mortife
ri. fungi nigri ī eoꝝ sub̄a uirides &
azurri sunt mortiferi. et illi ī quoꝝ
supficie ē huīditas uiscosa et appa
rēs putrefactio: de iudiciis etiā fū
goꝝ bonoꝝ credēdū ē exptis ī re
giōe ubi sunt. uerūtn̄ expti ī cogni
tōe fungoꝝ qn̄qꝫ decipiūt: qa spēs
fungi boni ex īcognoscibili re pōt
uenenū acqrere. fungi. n. ex uapo
rosa putrefactōe oriūt. nō ex semi
nibꝫ aut radicis ꝓpagatōe sicut alia
uegetabilia. minera igit̄ ortꝰ eoꝝ
posset eē sulphurea aut alterius ue
neni ꝓductiua: ideo q fungos colli
gūt attēdere debēt et cauer̄ ne fū
gi iuxta ferrū eruginosum oriant̄.
aut arborē uenenosum. aut arborē
dātē sibi malā qualitatē sicut oliue

Loeb

licet qdā fungi iuxta oliuas sint eti
am boni. attēdāt īsup cauernas ser
pētū et uermiū uenenosoꝝ. qa ex
istis iam multa mala exēpla repta
sunt. et multe familie ex comestōe
fungoꝝ simul una nocte periere.
ideo fugiēda ē eoꝝ comestio. sed
si aliqn̄ stupidissimꝯ eoꝝ sapor nos
decipiat: et oporteat ītellectū sen
sui obedire. tūc attēdēdū ē ꝙ pira
sūt tiriaca fungoꝝ. elissenī ergo cū
piris aut cū foliis piroꝝ. et ꝓiecta
pria aq̃ recoquāt ad pfectionē: et
ꝯdiāt cū sale et aromatibꝯ calidis.
et bibat cū ipsis uinū puꝝ et bonū
qa ī hoc uirtutē hēt tiriacalē: & bo
nū ē pꝯ ipsos pira comedere: nō tn̄
que cū ipsis cocta sunt:

De fari. cap. xlii.

Far est spēs frumēti quo uti
mur ī ferculis: quasi tpate

nota mala sunt

de farro

est complexioīs ad caliditatem de
clinans. multi et boni existit nutri
menti laudabilē generat sauguinē.
sed nimius eius usus epatis & sple
nis opilationē facit et nocet lapi/
des et barenulas babētibꝰ in reni/
bus et in uessica. si ex ordeo fiat
uirtutem ordei obtinebit.

De fabis cap. xliii.

Fabe frigide sunt et sicce ꝓp/
ter tp̄amentum. uirides aūt
ad humiditatem tendunt. et sunt
peiores illis: quia humiditates sup
fluas generant: et stomacho magis
nocent. omnes fabe dure sunt di
gestionis. et ꝓpter suam uentosita
tem sunt multum inflatiue unde
uapores eleuātur. et caput grauāt:
spiritusq̄ ingrossant. et mala som
nia uidere faciunt: et melius sunt
excorticate et fracte. q̄ que cum

de fabis

corticibus comeduntur: longa re-
mollitio et multa decoctio et co-
medere eas cū aromatibꝫ et herbis
calidis. earꝫ uentositatem remouēt
et ꝓprie proiecta aqua prime de
coctionis. confert tussi et pectori
ipsum lenificādo: et cum aceto et
corticibus uentrem ꝯstringūt.

Faseoli cap. xliiii:

Faseoli calidi sunt & humidi in
primo. humores grossos gene
rant et inflatiuos. uentrem mollem
faciunt. et impinguant. et urinam
prouocant. pectori et pulmoni iu-
uamentum prestant. caputq; gra
uant et ad somnia terribilia prepa
rant sinapis orriganū et uinum pu
rum ab eis omne quasi remouent
nocumentum.

De feniculo cap. xlv.

Feniculus calidus et siccus in secundo. eius utimur foliis in ferculis et insalaticiis: bonos inter holera humores generat. pectori confert et uias opilationis aperit radices eorum bone sunt cocte cū ciceribus: qa eorum aperitiuam uirtutem augent. sed melior pars feniculi est semen eius. urinam prouocat. epatis opilationes aperit. et feniculus siluestris lapidem frāgit: omnis feniculus ꝓdest uisui et eius usus uisum acuit: et quidā antiquorum existimauerūt ꝙ serpentes in uere comedūt folia feniculi et fricāt oculos ꝑ feniculū dū exeūt de cauernis. ut eoꝝ uisus ꝯfortetꝰ et corroboretur propter debilitatem

77

quam oculi eorum acquisiuerunt ex longa mora terre in hieme. fasiani caro est in capitulo de carne.

De grano pini. cap. xlvi

Granum pini modicum ad caliditatem et humiditatem declinat. est impinguatiuum: confert debilitati neruorum et eorum modificationi: pectori pulmoni et debilitati. omnium membrorum auxilium facit coitum incitat et auget: eius materiam multum incitat et auget: et maxime cum zucharo comestum. uerumtamen uirtutem mordificatiuam habet et nocet stomacho. et tale nocumentum ex ablutione et remollitione in aqua calida remouetur: et qui calidam complexionem habent debent illud comedere cum zucharo cum melle et proderit stomacho et meliores generat humores.

De granato ca. xlvii.

grano sepino

Granatū maloꝝ granatoꝝ tres
ſunt ſpēs. dulces muze et ace
toſe: q̄ oēs frigide cōplexioīs ſunt
apud auicēnā q frigide cōplexioīſ
regioīs oriūdꝰ fuit. ſ. extreme ꝑtiſ
arabie uerſus ſeptētrionē. ſed ace-
toſe magis ſūt frigide: deiñ muze
deiñ dulces ſunt minꝰ frigide. apđ
ceteros aūt autores de calida regi
one oriūdos dulcia granata calida
iudicāt. qa ī r̄giōe frigida mala gra
nata nūq̄ ad tātā dulcedinē ueni-
ūt ut debeāt calida iudicari: immo
granata dulcia ī regiōe frigida mu
za appellāt: ī regiōe calida uſꝰ ma
loꝝ granatoꝝ potiꝰ ſunt ad medi
cinā q̄ ad cibū uirtutē hn̄t citonio
rū ante cibum in ſtringendo uen
trem & poſt cibum ſtomachum cō
fortat. aſcēdētes uapores repmūt.
accidentalem calorem et aeris cali

Segrim

Leck

di caumata extīguūt. et cordis cō
fortatiuā uirtutē hn̄t. gallia grus. ī
c de carne: gariofilus supra in cap.
de aromatibus:

De holeribus ca. xlviii.

de holeres

Holera pauci sunt nutrimēti:
et scdm diuersas eoꝝ natu
ras ut ad cibū et potū ptinēt: in di
uersis repiunt capitulis.

Iuiube ca. xlix.

de Jujubas

Iuiube in ipsis autores sunt
discordes. quidā uolūt ꝙ sit
calide: quidā frigide: quidā ꝙ sint
sicce. sed aliqualē declināt humidi
tatē. difficilis sunt digestiōis gros
sum generāt sanguinē et pauci sūt
nutrimēti. pectoris et pulmonis as
pitatē minuūt. & gal. dixit ꝙ repit
iuiubas in ɔseruāda sanitate et re
mouenda egritudīe aliqd opantes

De latuca cap. l.

De Cerbynptas

Latuca frigida ē et huīda in scđo et facilis digestiōis: et pauci nutrimēti licet plus nutriat elissata q̃ cruda. optimū gñat sanguinē. nutrimētū et sanguis ex ea generato laudabilior ē omni sanguīe aliorꝝ holeꝝ. et melior ē si munda colligatˀ et nō lauetur: quia ablutio aufert bonitatē ex ea: aqua etiam in sua huīditate et frigiditate augmētū p̄stat. et remouet bonam eius uirtutē que in supficie existit & fit aliqualiter inflatiua. suauis tñ latuca dormire facit et ꝓfundius cū aceto comesta appetitū inducit et stomacho calido ɔfert: et similiter tussi ex calida materia generante: plurimus tñ usus eius oculos obtenebrat uisus debilitatē īducēdo ꝓuocat urinā et remouet appetitū coitum et eɔ materiā minuit. et: ꝓ

Lore

79

prie sem̄ suū qđ ī potu sepe sump
tum hn̄tibus nocturnas pollutōes
aliqn̄ in somniis suis maximum qui
dem iuuamētum prestat.

De lupino cap.li.

Lupinus ex sui natura calidꝫ
ē in p̄io siccus ī scđo licet
quidā dicant utrunqꝫ in secundo:
lupinus amarus potiꝰ ad medicinā
ptiēt q̄ ad cibū uermes interficiē
do et opilatōes aperiēdo. dulceatꝰ
aūt ex frequēti aquaꝝ remollitiōe
ad nutrimētum ē aptꝰ et nō cale-
facit corpus. qa ex remollitōe cali
ditatē et amaritudinē depdit. dif-
ficilis aūt ē digestionis. humores
tn̄ crudos et malos generat.

De lente ca.lii.

Lens frigida est in primo sic
ca in tercio. licet quidam di
cant qꝫ ad tempamētum declinet.

Lenteсa

eius cortex ē uētris solutiuꝰ & me
dulla ē stiptica et difficilis digesti
onis sanguinē generat grossum et
melencolicū. ad leprā et cācrꝫ & ali
as egritudīes melēcolicas dispos[i]
tū. est īflatiua et cerebro et stoma
cho et pectori ꝑpter eiꝰ exiccati
onē nocet. uisum obtenebrat et ali
qñ uidere facit somnia mala: extin
guit sanguīs caliditatē: et materiā
coitꝰ exiccat. ut aūt nō noceat de
bet excorticari abiecta prīa deco
tōne: et in noua recoquatꝰ aq̃. et cū
aceto et aromatibꝰ aut amigdolis
ꝯdiatꝰ. et utilior modꝰ ꝑpatioīs est
cū scđa lētiū decoctiōe modicū fa
rine ordei admiscere: ex cuiꝰ qui
dē comestione nutrimentū ualde
bonū generatur.

De lacte ca. liii.

Lac tpamento uicinū exis

tit. ad frigiditatem et humidita-
tem parumper declinās. licet qui
dā dicūt. ipm calidū esse qđ est tri
bus substātiis declinās si ex casei-
tate butirositate & aquositate que
dicitur serum. de butiro aūt et ca
seo dictū est: de sero aūt nō est p-
sentis intētionis. quia eius usus po
tius ad medicinā pertinet q̈ ad ci
bum. lac est nobilis substātie et op
timi existens nutrimenti facilime
digestionis et uelocis ꝯuersionis ī
sanguinē. nec mirꝝ: cum lac sit sang
uis in mamillis scđo decoctus: ubi
ex mamillarꝝ natura albedinē sapo
rositatem et cibi habilitatē acqui-
siuit. diuersimode tñ lac boītatem
et maliciā pticipare pōt q diuersā
uirtutē acquirit secundum diuer
sam naturam et complexionem a-
nimalium ex quibus mulgetur:

nam licet laudabilissimū lac sit. mu-
liebre tamen pro nutrimento nr̄o
utimur caprino pecudino uaccino
bufalino et similibꝫ. talem uero uir
tutē habet lac qualē fere aīal unꝺ p
uenit. sed pro meliori nutrimento
utimur caprino: quia stomachū ma
gis confortat et epar minus opilat
et lac iteꝝ melius est ex animali iu
ueni pingui sano q̃ ātiquo: aut ma
cro et infecto. et quāto melioribus
pascuis utūtur aīalia: tāto laudabi
lius erit lac: et lac quidem uernale
aut estiuale melius est q̃ biemale.
aut autūnale. & melior modꝫ sumē
di lac est ipsum bibere ieiuno sto
macho. cū actuali caliditate sicut
mulgetur. et differre cibum quo-
usqꝫ de stomacho descenderit ap-
petibilius est coagulatum come-
dere per spacium ante cibum.

quia cum lac ſit facilime digeſtio-
nis. ſi cum alio cibo admiſceretur.
aut putrifieret: aut ſecum alter ci
bus indigeſtus tranſiret. et quieſ-
cendum eſt ꝓpter lactis aſſumpti
onem. ne ex motu propter tenerã
eius ſubſtantiã aut corrumpatur:
aut aceſcat. lac multum et bonum
generat ſanguinem. cerebrũ et coi
tus materiam augmentat. pulchrũ
inducit colorem: et proprie cũ zu
charo mixtũ. ptiſicis et conſump
tis hydropicis. ardori urine: tuſſi
pectori et ſputo ſanguinis bonum
auxilium preſtat. et ex natura qui
dem lactis eſt in illum humorẽ cõ
uerti. quem in ſtomacho predomi
nantem reperit. nam et ſi in ſtoma
cho ſit calidioꝝ humoꝝ habũdan-
tia propter ſui butiroſitatem que
inflamationi eſt inflamat̃ corrũpit̃

& in fumū conuertitē. Vñ caput gra
uat. sincopin & anxietatem inducit
Si uero in stomacho frigidi hūores
abūdent: lac sua caseitate acescit: &
in acidos & crudos hūores ɔuertitē.
Stomacus lac sumens debet esse bñ
dispositus: & malis hūoribus uacuꝰ
& in bona & naturali sua ɔplexione
existat. Et timetē ne lac coaguletē &
caseetē in stomaco. Ideo autores uo
lūt ut cum ipso aut post ipm sumatē
zucharū. aut mel sumendū sit quod
ab illo securitatē facit. Et abluendū
est cum uino: aut cū aceto & aqua:
aut melle & aqua post lactis assum/
ptionē. Et remoueatē eius adherен
tia a dentibus & gingiuis: qbus pro
pīquū est nocumentū inferri. Dūqꝫ
capitis dolor adesset: cauendum est
a lactis exhibitione. quia illas auget
passiones. Nimius eius usus uisum

obtenebrat. lapidē in corpibus dis-
positis generat. & epatis opilationē
īducit. Lac puo𝔯 p se uentrē lubri
cat. Sed coctū: aut ubi fer𝔯 ignitū
& igniti lapides extīcti sunt: est uē
tris ɔstrictiuū. Et lac optimū est cō
tra medicīas mortales: & ꝓprie con
tra potū cantaridarū: & belleboris:
& argenti sublimati: et alia𝔯 medi-
cina𝔯: qbus hūana pereunt corpa.
Limones in. c. de citro. Lepus. Ligua
in. c. de carne. Limacia ī. c. de pisce.

De Mellonibꝫ. ca. liiii.

Mellones frigidi et hūidi sunt in
scd̄o: sed hūiditas frigitati dn̄at
melioris sunt nutrimēti q̄ poponisse
aut alii fructus sui generis. Dulcis
et maturus mello est ɔuenientiorū
et melio𝔯 hūo𝔯: et ꝓprie si cū seie
comedat. Mello et oīs fructus sui
generis ap tus est conuerti in illum

humorē quē in stomacho p̄dn̄antē repit: licet ad flematicos hūores fa cilius ↄuertat̄. & qdam dicūt ad co lericos. & cū nō digerit̄ nocet sto/ maco: uomitū: fluxū uētris: & dolo rem corpis: uētositatē: & rugitus: & cibi abomīatiōnē inducit: & ꝓprie si cū aliis cibis misceat̄. Ideo ab an/ tiqs p̄cipit̄ ut comedat̄ ieiuno sto/ maco & ab hūoribus mūdificato. & post aliq̄ntulū spacii alter cibus co medi debeat nocet neruis ipos hu mectando: ꝓuocat urinam: & ꝓprie cū semīe eius. Et renes ab arenulis & lapillis mūdificat: similiter & uesi cam. Vt aūt nocumētū melonū re/ moueat̄: colerici debēt bibere post ip̄m oxizacharā .i. iules ex zucharo aqua & aceto factū: aut oximel: aut uinū: aut de zinzibere condito co/ medāt. Repiunt̄ autē nr̄i auctores

discordes: si post mellonē: aut pepo
nem: quod idem est: uinū aut aqua
bibendum sit. Et sic fere de oībus
humidis fructibus est cōtrouersia.
Auicenna autem qui princeps apud
Saracenos fuit: ubi ex eorum lege
uini potio ꝓhibetur: dixit non esse
uinū bibendū post hūidos fructus
& ꝓprie post pepones: quia ipsos in
digestos ad epar penetrare facit: &
in putridos conuertūtur humores
Et in hac rōne omnes fere autores
conueniunt. Apud nos aūt: quibus
continuꝰ uini est usus: cessat illa rō
Magnam quidē uim habet consue
tudo. Est nanqꝫ res potissima in sani
tatis custodia. Propter quod dicit
ꝯsuetudinem alteram esse naturam
Imo melius est uinū post mellones
bibere q̄ aquam: licet contrariū apd
Saracenos sit: & īsuetos ad uinum

qui eo tm̄ pro medicia utunt̄. Neq̧ Auicenna uinū post mellones oīno prohibet: cum p̄cipiat humectatos ex mellonibus bonū & purum uinū bibere. Inde apud nos attritum sur rexit ꝓuerbiū: dum odoriferum & potens gustamus uinū: id pro pepo nibus bonū existere. Et Isaac in di/ etis ꝑticularibꝰ dixit uinū uetus & odoriferū esse post persica: ut eorū putrescibilitas corrigat̄. Mellones iuli qui ut cornua torti sunt: quos etiā mellones Saracenicos dicimus in simili uirtute quodāmodo citrul loꝝ existūt.

De Moro. ca.lv.

MOrū arboris celsi: quod dulce & maturum ad humiditatem & caliditatem declinat: parui est nutri menti. stomacho nocet: & faciliter

cogulutros

pepinos

de moras

Leeb

84

in eo corrumpitur: & ex eo cito de-
scendit: licet plurimo tempore stet
in uentre. Ideo ante cibum come-
dendum est. urinam prouocat. & uen
trem humidum retinet. Cum autē
mora dulcia in aqua frigida lauant̄
& frigidantur: multum īfrigidatiua
fiunt. sitim auferunt. & calorem in-
tensiorem extinguunt. Mora celsi
immatura frigida sunt & sicca. sto-
machum confortant. et uentris flu
xum constringūt. Eorū aūt usus ma
gis ad medicinā q̄ ad cibū ptinet.

De Mora .Cap. lvi.

Mora rubi nigra & perfecte ma-
tura calida sunt & sicca: parui
nutrimenti. Ventrem stringunt. et
durę sunt digestionis. Eorum usus po
tius ad agrestes et rusticos est quā

delicata uita uiuentes: quando in magna quantitate comeduntur caput grauant. bonum est antequam comedantur ipsa abluere. sicut de moris celsi dictum est:

De menta: ca. lvii.

Menta ortulana que aromaticum habet odorem calida est et sicca in secundo: licet in ipsa sit humiditas superflua. ex sua proprietate cor letificat. confortat stomachum. calefacitque appetitum inducit: abhominationem ex putridis humoribus factam remouet. singultum et uomitum ex sanguine aut humoribus frigidis reprimit: excitat et adiuuat coitum propter inflationem

que in ipsa est et humiditatem su
perfluam. et propter hanc antiqui
duces exercitum ut continentio/
res haberent milites nolebant men
tam in eorum castris apportari.
aut plantari: ut in problematibus
suis narrat aristoteles. menta prete
rea interficit uermes. et sua propri
etate confert morsui canis rabidi.

De maciano cap. lviii.

Macianũ ẽ de spẽ pomoꝝ: qđ a
qbusdã dicit̃ malũ appiũ uel si
bi simile. frigidũ ẽ et siccũ in prĩo.
et illud ĩ quo ẽ aromacitas et dul/
cedo ꝓprietatẽ hẽt cor ↄfortandi
et letificãdi. et nutrimẽtũ eiꝰ ĩ ge
nere pomorum melius existit. fo/
uet enim spiritus nutriendo.

De maiorana cap. lix.

Maiorana calida est et sicca
in tercio: apit opilatioẽs ce

rebri:ɔuenit doloribꝯ capitis & hu
miditati atqꝫ uẽtositati eiusdẽ con
fert.eius puluis cũ melle mixtus li
uorẽ sanguĩs mortui sub oculo ɔtĩ
gentis remouet et similiter maiora
na uiridis interdũ lapides ɔtusa eũ
dẽ remouet liuorẽ.caput purgium
ex succo uel aqua eius cerebrum
mũdificat et ɔfortat. et supposita
cũ aceto pũcture scorpionis auxi
liũ pꝛ̃at.

De melle capitulum.lx.

Mel est ros occultꝫ denocte ca
dẽs sup et reliq̃ qđ apes colli
gũt.et ĩ regioĩbꝯ ubi ros maĩfestꝫ
ẽ ab hoĩbꝯ colligit̃ et mãna appella
t̃:mel calidũ et siccũ ĩ scđo et meli
us ẽ qđ cũ bono odor̃ dulce existit
ad aliquale declinans acumen. est
ut palea in colore.et uernale melius
est estiuo: et estiuum autumnali.

deniyel

Leeeby

et pessimum est hiemale: mel inci-
dit et mundificat malos humores
de interioribus corporum. frigidis
et humidis competit complexioni
bus. et proprie senibus. quia in eo-
rum corporibus cito in sanguinem
cōuertitur. calidis uero et proprie
in estate inconueniens est. quia ci-
to in colericos mutatur humores.
mel quidem coctum melius melle
est crudo: quia crudum uentosita-
tem et inflationem generat. et ci
to penetrat: et uelociter nutrit. et
prodest suffocationi facte ex fun
gis uenenosis. urinam prouocat. &
tussi auxilium prestat. et mel in su-
is uirtutibus diuersificatur: secun
dum diuersitatem florum et her-
barum. et foliorum super quos
cadit: quod apes recolligunt.

Acquirit enim ros qualitatē herbę super qua ſtetit in nocte anteq̃ ab apibus colligatur. Et ideo mel regionis bonarum herbarum & arborū melius eſt melle malarum. Et mel ſi calefactum cum oleo roſato bibat̄: competit morſui uermiū uenenoſorum: & ei qui bibit opiū. Et eius comeſtio morſui canis rabidi auxiliū preſtat. Mala granata in capi. de granato. Mala arancia in cap. de citro. Mala in cap. de pomis. Mala apia in. c. de macianis. Mala citōia ī. c. de citōio. Miliū in. c. de panico.

De Nuce. ca. lxi.

Nux quędam eſt recens: quę eſt humida: quędā ſicca. Nux ſicca calida eſt in tercio: ſicca in primo: & quanto magis antiquat̄ tāto magis

humiditatem perdit.ĩ tm̄ uetuſtat̃ aliquando ut naturam cibi amittat eſt difficilis digeſtõnis. & nocet ſto macho calido. quia cito in humores colericos conuertitur: aduſtionem eleuans: & fumū faciens. Vnde do/ lorem capitis: & oculorū caliginem inducit. Nux grauat linguam. & lo quelę impedimētum pręſtat ꝓpter imbibitionē ſuę hūiditatis deagmę ĩ muſculis linguę. quod bene apud cantantes officiū in quadrageſima compertū eſt. ſupficiei oris: & tuſſi calidę nocet. & eius gutturi nocum̄ tum facit. tamen nux ꝓdeſt ſtoma cho frigido. & ipa boni nutrimenti & bonę digeſtionis exiſtit: & ꝓprie recens & condita cū melle. Et reni/ bus frigidis iuuamētū facit. Cū nux piſt a & cum aliis rebus frigitur: fit ſtiptica & fluxui uentris prodeſt.

nux ficus & ruta laudabilis medicina est contra venenum

Nux ficus & ruta laudabilis medicina est contra omne uenenenū. Et usum eius in pestilenti tpe de mane ieiuno stomaco saluberrimum fore diuturno expimento compertū est Potest aūt a siccis nocumentum remoueri: si exterior cortex aliquali ruptura contundatur: & quasi ut recentes & uirides fiant: saporosiores erunt: & fere absq3 nocumento existent.

De Nespila. ca.lxii.

Nespila frigida est & sicca in primo. ad medicinā magis ptinet q̄ ad cibum. stomacum confortare solet. uomitū & uentris fluxum cōstringit. urinam puocat. parui tamē & grossi nutrimēti existit. & magis stiptica est q̄ sorba.

nespore

De Nasturcio alias agretti. Capitulum.lxiii.

vovese

NAsturciũ est herba q̃ ꝑ insalati
cio utimur qñq̃: Vulgariter dr̃
agretti: calidũ & siccum ĩ tercio. In
uirtute fere similis existit erucę. Eius
usus in hieme melior est q̃ in ęstate
Et ĩ modica q̃titate pectori ꝯpetit.
& pulmonẽ ab hũoribꝫ crudis mũ/
dificat. appetitũ inducit. licet stõa
co mordicationẽ faciat. epar & sple
nem calefacit. excitat coitũ. & uer
mes ĩterficit. ꝯuẽit bibitũ pũctioni
uenenosoꝝ uermiũ: & cũ melle etiã
suppositũ. Et eius suffumigatio ex
pellit aĩalia uenenosa. Nux muscata
in cap. de aromatibus.

De oliuis. ca. lxiiii.

OLiuis ꝑ nutrimẽto utimur dum
condiunt̃. & uirtutẽ feniculi &
aliaꝝ reꝝ q̃bus admiscent̃ acq̃runt
Sũt difficilis digõis & ꝑui nutrimẽti
Hũores generãt grossos & stipticos

Remouēt stomaci abomīatione.ap
petitū incitant stomacū ɔfortando
& oris odorem bonū inducēdo. Et
sūptę post cibos:īpediūt fumos ad
caput ascēder.ī medio uero ꝑndio
si sumūt:magis appetitū ɔfortāt.&
Galienus multū laudat ad excitādū
appetitū oliuas in aceto repositas.

De Oleo. ca.lxv.

OLeū oliuaꝝ quoddā ex oliuis ī
maturis exprimit:& dr ompha
cinū.& est frigidū & siccū in primo
Aliud ex oliuis maturis fit:quod in
usu hēmus.& est fere tꝑatū:ad cali
ditatē & hūiditatē declinās.Cū ole
um cōe antiquat:in uirtute calidis
simeꝝ oleoꝝ existit:& habilitatē cō
dimenti deperdit. Si autem ompha
cinum autiquatur:simile oleo com
muni fiet. Et licet oleum omphaci
num sit saporosius & confortatius:

de oleo.

Er

tamen oleum cōmune absolute est melius. Omnes olei species corpa confortant. sed omphacinū cum sit stipticū & saporosius erit stomaco iuuamentū. Et potus olei cōmunis quantitate unius ciathi ieiuno stomaco uermes interficit: & ipos extra uentrem īducit. Siquidem sumpto ueneno ex oleo & aq̄ calida fiat uomitus: ueneni maliciā reprimit.

oleo multum ... difficile est

De Ordeo. Cap. lxvi.

Cebada

ORdeum frigidum est & siccū in primo. Far & panis eius ē minoris nutrimenti q̄ tritici aut albesi. facilis est digestōis. abstersiuū refrigeratiuū. Et eius farina habet uirtutē stipticā. ꝓdest calidā ꝯplexionē h̄ntibꝫ. & uentris laboribus ex uētositate factis nocet. Tn̄ eius farinata ꝑfectiorē generat sanguinē et pectori et cerebro utilitatē ꝑbet.

De ouis Capitulū. lxvii.

OVa fere tēpata sunt. et huma ne nature uicinitatem habēt licet albumen ad frigiditatem & uitellum ad caliditatem declinet: et ideo est albumen uitelli parumper duꝝ ad digerēdum & tardum ad egerēdum. Ouoꝝ uitella cor ualde cōfortant. cum ex laudabilibus auibus accipiūtur. Vt galline. starsene fasiani. & similiū facillime aūt digestioīs. & uelociter in sanguinē trāsmutātur. & inter omnes cibos paruissima ex eis sequestratur supfluitas: sanguinē generāt conformem sāguini quo cor nutrīt. scilicet subtilem clarum. & cito in cor impellit Ideo pre ceteris aliis nutriētibus cōuenientiora sunt in dissolutione spirituū & diminutione sanguinis

de ova
freschi
optimi

cordialis.cōpetūt asperitati pecto/
ris.tussi.spleuresi.ethice.raucedini
uocis.strictur pectoris.& sputo sāg
uinis. Et si ī aceto coquātur cū cor
tice sicut sunt quousq; indurētur.fi
unt stiptica.et uentrē ↄstringūt. et
uitella ouoꝝ cōpetūt ardore urine
ulceribꝰ renū et uesice:et ꝓprie si
cruda sorbeātur. Oīa oua in coitu
augmentū pstant.et naturā ex coi
tu debilitatā restaurāt. ouoꝝ ptera
ↄmestio stomacū a malis humoribꝰ
mūdificatū reqrit.qa ꝓpter tenerri
mā eoꝝ substāciā si calidos repit hu
mores putrescūt.et ī putridā et co
lericā ↄuertūt materiā. Si aūt frigi
dos repit. acescūt sic sup de lacte
dicebat. oua īsup ex multis rebus ī
suis boītatibus diuersitatē accipiūt
nā ex pdictis auibus meliora sūt et
maxīe si sane pingues et ī iuuētute

exn̄tes ſint. & ꝓprie ſi ex bonis nu
triātur rebus. ut ex milio frumēto
panico & huiuſmodi. Nam uidemꝯ
oua ex gallīs paſcētibus herbas ma
la eſſe. & odorē atq̃ ſaporē herba
rū q̄bus ueſcūtur haberē. Et oua gal
linaꝝ & aliaꝝ auiū que a gallo & ſu
is maſculis nō calcātur. ab Ariſtote
le oua uenti dicūtur. quia nō ſunt
prolifica. minoris exiſtūt bonitatis
q̃ oua auium ſuis maſculis ſuccum
bentiū. que prolifica ſunt. quoniā
ex naturali caliditate ſeminis maſ
culi reddūtur. oua melioris ſubſtā
tie & laudabilis nutrimēti et facili
oris digeſtōis. Oua anatis. anſeris
Pauonis. ſtrutionis: & ſimiliū mali
nutrimēti ſunt. grauem habent o
dorem. & ſtomacho faſtidium faci
unt. Oua recēcia ſūt meliora et q̃
to pluriū dieꝝ ſūt tāto mīoris boī

tatis existūt. oua etiā ex diuerso p̄
parādi artificio diuersam bonitatē
& malitiā sortiūt. Debēt q̄dē oua
tēpate decoqui. ut sint tenera &
sorbilia. q̄a cocta nimis usq̄ ad du
ritiē dure sunt digestōis et malos
humorē generāt. Quīq̄ tn̄ moīs cō
tīgit oua in p̄paratōe diuersificari
aut elixāt aut assant. aut frigūtur
aut in torcellis ponūt. aut ī fisculis
miscēt. Et ex melioribus prepandi
moīs ē assatio cū cortice ut ē ad lē
tū ignē aut elixatio ī aqua. Sed au-
ctores maxīe laudāt oua fracta ī a
qua decocta. que p̄dita dicūt. q̄a
calor depurat ouoꝝ sup̄fluitatē ut
p̄ spumā apparet et etiā meliꝰ ouo
rū uapores cortice nō īpediti exha
lāt. ut cū hec ex aromatibꝰ bonam
uirtutē hn̄tibus ↄdiūt. et post ista
ī bonitate existūt oua elixata ī aq̄

cũ cortice ſuo ĩtegro ut ſũt qa ĩde
coquẽdo eoꝝ humiditatẽ naturalẽ
ↄſeruat. cũ aque huĩditas exſiccati
oni ignis repugnet. Et poſt iſta ſũt
aſſata cũ cortice tota ut ſunt et pa
rũꝑ a cineribꝰ diſcooꝑta. ut meliõ
fiat exalatio. et aſſata ĩ teſtulis ſũt
nimis bona ꝑdcĩs. et peiora ſũt fri
cta qa ſtomacũ grauãt. et cito ĩ fu
moſitatẽ atq; putredinẽ et malos
hũores et colericos ↄuertibilia ſũt
et que ĩ tortellis aut ĩ uiſculis de/
coqũt. media ĩter frixa et elixata
exiſtũt. oua ꝑterã mala ut uenenũ
fugiẽda ſũt. et maxĩe ab illis ĩ qbꝰ
mali hũores et ꝓprie ĩ ſtomaco do
minãt. qa expimẽto uidemꝰ ꝙ ſola
unius oui putrediẽ totũ fetorẽ ĩfec
tũ reddit ↄuiciniũ. oua teſtudĩs ce
rebꝝ ↄfortãt. Ideo epilẽtis auxiliũ
ꝑbẽt. qm̃ ↄtra caducũ morbũ uirtu

tē hn̄t. oculi caro ī capi. de carne.

. Persica. Capitulū. lxviii.

Persica frigida sunt in scđo et huīda in primo nō matura & similiter incisa et exsiccata stiptica sunt sed matura et recentia ueloci ter putrescunt. et in flematicos cō uertūtur humores. et nimius eius usus ad febres quotidianas pparat Mala sunt facilis digestionis et uē trem humidum faciunt. et urinam multiplicant. Non matura autē et sicca non sunt boni nutrimenti et dure digestionis sunt. et uentrem constringūt. Que bene matura sūt et aromaticum odorē habent sunt bona stomacho. et in eis est uirtus inducendi appetitum. et specialem uirtutē habēt ɔtra fetorē oris a sto maco ueīentē. et ppe si ex colericis

hūoribus fetor fuerit. sua ergo ꝓ
prietate oris odorē bonū efficiūt.
Persica aūt cōmedenda sunt ante
cibū ieiuno stomaco. post ipa uinū
uetus odorifeꝝ bibēdo qa post ci
bum citissime putrefierēt. vetūta
men licet ita sit. qdam autores per
sica post cenam cōcedunt in modi
ca quātitate. si prius in bono uino
et puro mundata remolliātur. quia
os stomachi et superiora membra
refrigerant. et ꝓprie cum ex assa
tis carnibus cena fuerit.

Pruna. Capitulū. lxviiii.

PRuna frigida sunt in secun
do. humida in tertio. quidam
tamen dicunt pruna dulcia propī
qua esse temperamento. Meliora
ex prunis sunt damascena. et parui
sunt nutrimti Vsus prunoꝝ dulciū

ſtomachū humectando nocet. uen
trem lubricū tenēt. et colerā leniē
do ſoluunt. et recentia magis ſolu-
tiua ſunt q̃ ſicca. Pruna uirida et
pontica mala ſūt et noxia abſq; nu-
trimto. Ideo nō debēt comedi niſi
matura. QVe autem muza īflama
tionem cordis ſedant. et colericos
humores reprimunt.

Pira. Capitulū. lxx.

Pira multa℞ ſunt ſpecierum q̃
dam ex antiquis auctoribus
uolunt. q̃ pira dultia et ſaporoſa q̃
abſq; arena et aromacitatem parti-
cipant. Sunt in generẽ omnium po
morum laudabiliora. et bonorū hu-
morum generatiua. Verum talia pi
ra uere tꝑata ſunt. et uirtutē hn̄t
letificādi. et cōfortandi cor. melius
q̃ mala citonia aut matiana ſed ut

plurimū pira frigida in primo· sic/
ca in scđo. Bona sunt pira eligēda
stomachū cōfortāt. et ꝓprie eoꝝ se
mina. et cōferūt tussi· et doloribus
uentris. licet caro piroꝝ qn̄q; ex ni
mio usu uentris dolorem inducat.
& si cocta et cum aromatibus cali
dis. aut aniso. aut coriandro come
dantur. nocumētum ab eis r̄moue
tur. & scđm quod diuersa pirorum
species requirit. sic pira cocta aut
cruda comedēda sunt· que ut plu/
rimū post cibum comedūtur. si uē
tris flxuus non adest aut non time
tur. ut pira dura mollescant et sapi
diora fiant. aut elixāda sunt. aut su
per fumū aque calide suspēdātur·
Pira qdē post cibū ꝓpter sui stipti
citatem· faciūt boni stomachi sigil/
lū ipm cōfortādo. digestionē augē/
do· et uapoꝝ ascēsum reprimendo

Pira & eius folia et ꝓprie siluestria thiriaca fungoꝝ est qui sunt supra in capitulo de fungis.

Portulaca. Capitulū lxxi.

POrtulaca frigida est ī tertio. humida est in secūdo. parui est et non multū laudabilis nutrimēti Fluxū atq; sanguīs sputū et uomitū ex humoribus calidis factū restrīgit· calorē extraneū et stomachi renū uesice atq; urine ardorem extīguit. Plurimus eius us9 pannū qn̄q; facit accidere in oculo. et appetitū debilitat· licet qdā dicāt ꝙ sua pōticitate stomacū et ītestina confortet . desideriū et materiā coitus sua qualitate diminuit. et masticata dentium cōgelationem aut stuporem remouet. qui ex acriū comestione inducitur.

Petrosellinum. Capit. lxxii.

PEtrosellinū una ex speciebus apii est calidum et siccum ī secūdo. licet quidam dicant in tertio ꝓuocat urinā renes et uesicam mūdificando, eorūqꝫ dolorem rēmouendo. uentositates et uentris inflationis remouet. et totius corporis opilationes aperit.

Poma que dicuntur mala. Capitu lum. lxxiii.

POma que mala dicuntur diuersarum sunt specieꝝ. dulcia, muza, et acetosa· omnia frigide et humide complexionis· sed dultia sūt magis temperie propinqua sunt. et acetosa aut pontica. siccitati assidua pomorum comestio dolorem neruoꝝ euenire facit

& ad diuturnā febrē: corpꝰ ꝑparat et putrescebiles hūores generat. et ꝓprie ɔmestio īmaturoꝝ pomoꝝ. Poma aūt dultia saporosa et aromatica ardori et debilitati stomachi ɔferūt. vomitū retinēt et appetitū īducūt. & si dura et ꝑfecte matura nō sunt. decoctōe īdigēt et maxīe si talis pomoꝝ spēs reqrit. Et melius coquēdi modus ē sup prunas eorū semine abstracto. et zucharo aut melle īpleri scd̄m comedentis cōplexionem. Et poma si sint magna scinduntur cum gladio per medium in duas partes. et cum puncta gladii fiat fissura circum circa īter corticem et pulpam pomi et īpleatur zucharo extracto semine. et ponātur super prunas corticem uersus ignem uoluendo. Ex tali quidē pomoꝝ decoctōe digestiora et

sapidiora atque saniora sunt. siti ex/
tiguunt. et ardorē colere reprimūt
et stomachū cōfortāt. et post cibū
comedi possunt. et ꝓprie si cum a/
niso confecto aut coriandro come
datur.

Pastinaca. Capitulū. lxxiiii.

PAstinaca apud Arabes Bau/
cia dicitur. Duarum est spe/
cierū alba silvestris seu campestris
et rubea ortulana. Ambe sunt diffi
cilis digestionis. pauci et grossi nu
trimēti. seu cocte. seu ꝓ insalatitio
seu ꝓ ferculo ꝯmedāt. Pastinaca e/
nī cōfert tussi pleuresi et idropisi. ī
citat coitum. et proprie semen eius
bis tamen elixanda ē. et ꝓiecta pri
ma decoctiōe et scda. tertio cū la
ctuca decoquēda ē. et cū coriādro
aceto. pipere. cepe. et similibus.

er by

odieda ē.que aūt odita. ē faciliōris
digestion is existit. frigiditati ner/
uoꝝ. doloribꝰ dorsi et renū oferēs
et magis coitū excitat. Oīs pastina
ca calida ē in scđo et huīda ī pmo
Attendēdum tñ ē apđ eos qui sil/
uestres aut campestres pastinacas
colligūt. ne cū ipsis aut loco ipārū.
quādā cicute speciem colligerent:
que pastinacis talibus multum assi
milatur. quia cicuta malos et stupe
factiuos et fere uenenosos īducit
effectus. Multos enim ex tali er/
rore īfatuatos uidi. et fatuoꝝ uer/
ba et fcā facer̄ quousq; cicute acci
dentia sedata fuerint:

Pisces. Capitulū. lxxv.

Pisces multaꝝ sunt speꝝ. de
quoꝝ natura et mō pparādi
oportet credere habitantibus in

regioībus ubi degūt. Vniuersaliter
tñ frigidi sunt et humidi. licet ma
rini minorē frigiditatē et huīdita/
tē pticipēt. Sed pisces saliti calidi
et sicci et q̃to pluris salūtur et ī sa
litōe antiquaꝝ. tāto maiori caliditate
te et siccitate habūdāt ideo ex sali
tis piscibꝰ pua q̃titas ꝯmedēda ē q
rebus pīguibus p̄paret. Scḋm qdē
diuersas pisciū spēs: que fere īfini/
te et ignote nobis sunt diuerse et
meliores et deteriores repiūt. De
paucis igit̃ nobis notioribꝰ qbꝰ ī i
talia ad esū magis utimur. fiet īfra
speālis mētio. Inqt Galienꝰ ꝙ optīꝰ
sāguis medius īter grossū et puꝝ et
subtilē et aquosū gñat̃ ex pane op
tīe p̄pato. et ex uolatilibꝰ aīalibꝰ
ut pdice et similibꝰ et huic pxīꝰ ē
ille ex marinis piscibꝰ gñatꝰ et ꝓpe
pellagallibꝰ. et paterni pisces sani/

er bṅ
97

simi corporibus hominū generant
sāguinē mediū iter subtilē et gros
sū. et eoꝝ alimtū ē bn̄ digestibile.
Sed generaliter ex piscibꝯ meliorēs
sūt illi q nō sunt ualde magni neq͂
nimiū durā carnē hn̄tes. neq͂ sup/
flua et abominabili pīguidīe habū
dātes. ī qbꝯ neq͂ cenosꝰ odor neq͂
sapor malus existit. et quoꝝ caro
nō cito putrescit. dū ex aqs extra/
hunt̄. Et ex piscibꝯ durā carnē hn̄ti
bus elgēdus ē mīor et ex mollē ha
bētibus carnē eligēdꝰ ē maior licet
qdā ex autoribꝯ dicāt q̄ pisces me
die q̄titatis ī sua spē sūt meliorēs &
pisces q apd̄ autorēs magis laudāt̄.
sūt marini ī locis petrosis p̄manētes
huāne cōplexoīi apd̄ ātiquos ꝯfor
micres qa sanguinē generāt tēpa
tū nō turbidū et grossū. sed potiꝰ
aquoso et subtili uiciniorē. Et p̄p

ter eius subtilitatem ueslociter a
membris resolubile. sic sanguis ex
tēpato et subtili nutrimēto gene/
rat̄: ideo fortiter laborātibꝰq duro
īdigēt cibo et mēbroꝝ cōfortatio
nē nō ꝓportionāt. sed ociose uiuen
tibus in regimie sanitatis ꝯfert. et
ꝓpe ꝯualescētibus et seībus. & de
biles uirtutes hn̄tibus. Scd̄o post
istos pisces pelagales sūt meliores
qa aquā īsalsite bonā hn̄t & claram
sed duriors & pīguiores sūt. & tar
dius ex mēbris resolubiles. licet nō
sit tātū laudabile nutrimtū Tertio
post istos sūt meliores pisces ī lit
toribus arenosaꝝ uel patrosaꝝ aq̄
rū degētes. Tres igit̄ p̄dicte spēs
pisciū meliors sūt piscibꝰ fluuialibꝰ
salsedo enī maxie aque ī similibꝰ
locis uiscositates et humiditates te
diosas a piscibus aufert ideo tales

pisces saporosiores sūt: Quarto p9 istos meliores sunt pisces ex currē ti et petroso flumīe recētiū et cla/ raꝝ aquaꝝ. Imo a qbusdā tales pis ces laudāt ex oī generē meliores qa inter eos Lampredas. tructas. Carpi ones repimus. supōme genus pisci um laudādos. Quinto post istos di cūt esse pisces fluminū nō recētiū aquarum: neqꝫ multum currētium que si iuxta Ciuitates decurrant pisces generant malos et putresci biles qa ex īmunditie illaꝝ ciuita/ tū inficitur aqua. et maxīe si per ipas trāsit. et etiā admiscētur cū a/ quis ubi linū et similia macerātur Sexto sunt pisces lacuum. unde aut exeunt flumīa bone aque aut ingrediuntur quia. piscibus flumi num fere assimilantur. Septimo post istos sunt pisces in littoribus

permanentes ubi sunt aque lutose
et turbide et terrestribꝫ imūdiciis
admixte. Et peiores pisces sūt lacu
naliū et paludaliū aquaꝝ. ex qbus
nec īgressꝰ nec egressꝰ ē fluīm ma
nifeste aut occulte. Pisces uero ma
rini q ī aqs dulcibꝰ ascēdūt. aut pi
sces aquaꝝ dulciū qui ī mare īgre
diūt medii īter fluuiales et marinos
existūt. omēs pisces saliti difficilis
sūt digestioīs. longā morā ī stomaco
faciētes et pauci ac illaudabilis sūt
nutrimēti sitī inducētes. et recētes
sanguinē generant frigidū. neruos
mollificāt. et ī corpe uarie ꝓducūt
uiscositates. ex qbus uarie pueiunt
egritudiēs. Pisces recētes licet dur
sint digestoīs. Ventrē tn̄ humectāt·
coitū et eius materiā augēt. Et oua
multoꝝ pisciū et ꝓpe lactēciū har
zonū uētrē soluūt: et uoītū īducūt

nã quadã uenenositatis spẽm r̃tinet Ideo a tali ouoꝝ comestione cauendum est: Preterea cauẽdi sunt pisces. qui post decoctionẽ per diẽ in frigidati sũt. quoniã uen eni qñq̃ q̃litatẽ accipiũt. & acẽna inducunt que ex uenenosis fugis accedere solent. Et pisces assandi. frigendi aut elixsandi sunt. scd̃m quod ipoꝝ diuersa requirũt genera. ipos tñ cũ aceto & aromatibꝰ cõdiri bonũ est ut eoꝝ uiscositas incẽdat. et fiat habundãti frigiditati resistẽtia. Omnia insup brodia pisciũ cõtra uenena bibita auxiliũ p̃stãt. Et si fiat frequẽs ex dictis brodiis uomitꝰ morsui cornuti serpentis et canis rabidi ꝓdest. Carpio est ex laudabilioribꝰ piscibus aquaꝝ dultiũ boni nutrimẽti & facilis digestioĩs dum est recẽs in prima decoctione. q q̃to pluribꝰ

decoq̄tur uicibꝰ tãto durioris eſt digeſtõis paucas et nõ corruptibiles ſupfluitates ſignũ eſt ꝙ ꝑ plurimos dies durat decoctus et non putreſcit. Themalus eſt piſcis boni et laudabilis nutrimẽti. et: ẽ piſcis maximi exercitii ꝓpter q̄d mutilaginem non habet. et tꝑatam habet cõplexionẽ. ꝙ ex ſuo bono ſapore comprehẽditur. Truta ẽ multũ ſimilis carpioni in forma et nutrimẽto. quãdo in ſaxoſis fluminibus et altis mõtibus capitur que ſicut Carpio pluribus decocta uicibus diu durat antea q̄ putreſcat. De truta intellexit Galienus dum inquit ꝙ multo meliores piſces q̄ in Tiberi ſunt qui capiũtur in flumine quod Nar dicitur ab altis deſcẽdẽs mõtibꝰ et uiuis fontibꝰ ſtagnizãs q̄dẽ nũq̄ Verũtñ hoc ſingular̄

trurha

r 100

habet truta. q̄ dum descēdit ex su
is uiuis et petrosis fontibus ad
magna flumina stagna et lacunas
est ita facile mutabilis. q̄ p̄dit boī
tatem et saporē acq̄rens uel ex o/
tio uel ex grossitie aquaꝝ. pingue
dinē quādam uiscosam et abhoīna
bilem. Lutii sunt pisces rapaces. et
est lutius rex pisciū in aquis dulci/
bus. sicut Dalphin in mari. Est boni
et ī gener̄ pisciū laudabilis & sicci
nutrimēti. sine mucosa sup̄fluitate
qn̄ in uiuis fontibus et currētibus
flumībus capiūtur. Sed in stagnis
et grossis aquis otio et pinguedine
bonitatem p̄dant. sicut de truta di
cebat̄. Vtriq̄ sunt pisces uelocissi/
mi motus. et maximi exercitii. De
Truta exp̄tum est q̄ ascēdit p̄ ra/
dios aquaꝝ et rupib9 rapide des/
cēdētiū. Persicus ē boni nutrimēti

& boni saporis et facilis digestõis et paucaꝝ supfluitatũ. Salmo ẽ piscis apud flumina Alamanie et boĩ est nutrimẽti et boni saporis. sed ꝓpter nimiã suam pĩguidinem deficit parũper a bonitate nutrimẽti. et boni saporis. Salmo assatus magis assimilat̃ in sapor̃ carnibus quadrupedũ siluestriũ q̃ pisciũ. Extra aquam subito moritur. licet cor eius uiuat et moueatur. q̃ cor alioꝝ piscium: Tinca malum grossum et buĩdum generat nutrimẽtũ. Anguilla malum uiscosum. opilatiuũ & difficilis digestõis. gnãt nutrimtũ Aduertẽdũ ẽ ĩ quo loco anguilla capiat̃. qm̃ expimẽto comptũ ẽ ĩ coitu cũ serpẽtibus cõcubinari. et uenenosas fieri. Anguilla magnã conformitatẽ babet cũ fungis ĩ sapore in uiscosa buĩditate et malitia nu-

Salmon

malũ est anguilla malũ est

trimẽti. nec mirũ cum Anguilla in genere pisciũ ex putrefactione ge-neretur. sicut fungus in genere ue getabilium ex putrefactõe absq; se minũ et radicum ꝑpagatione ort9 est. et ideo Anguille cum aromati-bus condiri debẽt. et cum rebus e arũ malã huĩditatẽ corrigẽtibus.

Rane multaꝝ sunt specieꝝ que ter restres sunt et saxose. aut arboree uirides male sunt et uenenose. Ille aũt que in fontibus et bonis aquis capiũtur sunt ad esum in cõmuni usu ciboꝝ. et ex eis posteriores par tes renum & coxaꝝ comedãtur et non sunt mali nutrimẽti. Quidã ex auctoribus multũ laudauerũt ranas ad utilitatẽ leprosoꝝ. & ꝙ multi ꝑ comestionẽ ranaꝝ a lepra nõ cõfir mata liberati sunt. quod nõ est a ra-tione remotũ. ꝓpter conformitatẽ

rnpebre

deffinas

los lomos. y piernas.

quam cum serpētibus habent. Caro enim Tiri et Viperaꝝ ad curam leprosorum laudatissima est. et ego de Viperis mirabili experimēto probaui Cauēde sunt excedētes magnitudinem. quoniā de natura Buffonū participare uidētur. & cum buffonibus qn̄q; per coitū cōcubinātur Lamprede duaꝝ sūt specieꝝ. Quedam parue iu luto & limis bonaꝝ aquaꝝ degentes boni saporis & laudati nutrimēti. palmi magnitudinē non trāscēdētes et in figura lūbricis terrestribꝰ assimilātur. Alie sūt magne ad pondus qn̄q; multaꝝ librarꝝ siue magne anguille. boni et laudati sunt: et desiderati saporis. absq; mutilagine et superfluitate. q̄ ex humo saxoꝝ sub aquis existentiū sugendo nutriūtur. in stomaco eaꝝ nihil corpulētum reperitur.

Lampreas

Boni

r iij

Lamprede q̄dem magis ceteros excellunt pisces in cariore pretio q̄ nobilitatis nutrimēti. Cancri multarum sunt specierum. q̄dam sunt marini. et q̄dam aquarum dulcium et quidam rotūdi. et q̄dam caudati. Cancri rotūdi fluuiales. qui granci uocātur. sunt boī nutrimēti et impīguatiui et ꝓprie si in aqua aut in lacte ordei elixentur. ubi prius aliq̄ diu moram traxerunt. ideo datur pro laudabili nutrimento macilentis et cōsumptis et febre ethica laborātibus. Cancri caudati q gambri dicūtur. sunt similes cancris rotundis in nutrimētis. si in uiuis fōtibus et bonis aquis capiātur. Sūt tamen difficilis digestionis et grossioris nutrimēti. si a fecali intestino redeūt. q̄d ꝑ mediā caudā descendit laudabiliores erūt. Gambri

marini sunt difficilis digestiõis. sto
maco nocẽt. et ꝑpter salsedinẽ uen
trẽ soluũt. Gãbri magni marini q
locuste dicũtur sunt difficilis dige
stionis. sed dum digerũtur boĩ sũt
nutrimenti. Cinis omniũ cancroꝝ
et ꝑprie cancroꝝ rotũdoꝝ fluuiali
um. est solennis et singularis medi
cina contra morsum canis rabidi.
de quo ego uidi mirabiles experiẽ
tias. etiã Galieno inquiente. nullũ
fuisse mortuũ qui eo puluere ante
aquaꝝ abominationẽ a prĩcipio sit
usus. Trilia est marinus piscis cete
ros excedẽs boĩtate saporis. et nu
trimẽti. sed difficilis est parũper di
gestionis ꝑpter id quod durã car
nem habet et facile strangibilem et
a uiscositate remotam. congruũq;
prebet homini alimentum. Galie/
nus inquit leccatores romanorum

admiratos esse sapidissimū trilie e/
par dilectōis gracia ꝓpter multo
argento epatis causa grandes trili
as emebant. Pectines marini sunt
boni et laudati nutrimēti. Sipie et
pisces duraꝝ carniū sunt difficilis
digestōis et duri nutrimēti. Ostre
orum multa sunt genera. sed ostrea
que esui in usu habemus dum dige
runtur boni sunt nutrimenti. et im
pinguatiui ac restauratiui. et ad ma
teriā coitus augmētum pstat.
Cephalus est piscis qui in mare o
ritur et in aqs dulcibus et raro ex
aquis dulcibus ad mare descēdit.
sed libēter ad aquas dulces descē/
dunt. et illi sunt inter ceteros meli
ores. boni sunt et laudabilis nutrim
ti. Qui aūt ī stāgnis et malis aquis
capiūtur ita a bonitate degener āt
ut mali sint et illaudabiles. habet

Cephal9 quosdā pisces sibi similes
et licet nō sint eiusdē speciei tamē
simile de eis iudiciū haberi debet
Tunni sunt marini pisces ex qbus
fit tūnina. Inquit Galienus licet r
centes sint boni et delectabiles sali
ti tamen sunt meliores. et similiter
Palamides meliores sūt saliti. Sar
de ptiosissima sunt piscium salita/
ria delectationis et mollitiei carnis
grat a. Stophis piscis qui in italia
qnq ex Norueia ubi orit trāspor/
tatur et est piscis marinus de gene
re malachiaꝝ non hntiū squamas.
neq duras testas. sed habet cutē
durā sicut polipus. durat p ānos si
cut aliqua salitara. priusq coquat
oportet ut cū malleis ligneis forti
ter pcuciēdo cōtundet. deīde fru
statim incidit et elixat et cū aro/
maticis ɔdimētis facit sapidissimū

tonnina
Bona est
Sardina

r b

ferculum boni et laudabilis nutri-
menti. qm̄ in diebus feriatis lima
tiis que coclee dicūtur q nq̄ʒ uti-
mur loco piscium ideo de ipsis in
hoc capitulo fit mentio. Limatie
licet carnē habeāt difficile digesti
bilem tn̄ si degerātur sunt boī lau
dabilis et restauratiui nutrimēti.
Pectori et pulmoni cōferūt. et ꝓ-
prie epar confortāt eiusq̄ʒ opilatio
nes aperiūt. et hicis et consūptis ꝓ
sunt. qa alimētum uiscosum gene-
rant ab ethicoꝝ calore difficilius
resolubile. sed prius ab eaꝝ musco
sitatibus ablute et mūdate ꝑparē-
tur. et melior modus ꝑparatōis li-
maciaꝝ ē ut cū testa sicut sūt ponā
tur ī caccobo supꝑ igne fere pleno
aqua bulliēte. ubi stēt quousq̄ʒ rei
cipiat bullitio. deīde capita et pe
ctora q̄ extra testulā portāt dū am

rizzarolles

boni sunt

bulāt ab eaꝝ teſtulis et uētribꝰ ſe
queſtrentur. et in cineribus uoluā
tur. ubi aliquali fcā mora ut meliꝰ
cineres eaꝝ uiſcoſitate ībibant̄ ma
nibus fricētur demū cū aqua cali/
da totiens abluātur ut omnino a ci
neribus et muſcoſitate munden/
tur. poſt cum ſale et aqua calida et
aceto fricētur. demū cum aqua fri
gida aliquociens lauentur. ut albe
et clare a uiſcoſitatibus munde re
maneant. et tunc elixari aut aſſari
aut ſubfrigi. aut in ſubteſtitiis. aut
in uiſculis preparari poſſunt. et cū
diuerſis aromatibus et ſaporibus
condiri ſcd̄m diuerſum coquendi
artificiū Teſtudiēs ſunt multoꝝ ge
nerū quedā marine. quedā aquarū
dultiū. et quedā cāpeſtres. et ma
rinaꝝ q̄dā ſūt magne et quedā pue
et ex tabella magnarum quandoꝗ

r b

fit clepius et aliquãdo in tantã ueī
unt magnitudinē ut ex eaꝝ conca
ut inquit Albertus fiat nauigium
magnis nauibus seruiēs. sed mari/
naꝝ nulla est pro cibo aut nutrimē
to bona. Testudiēs que sunt cum
testa nigra et longa cauda nō sunt
ad esum idonee licet qdam paupe/
res eas qnq; comedūt tanq̃ cibum
īeptum et abominabilē. Testudi/
nes campestres que degūt in pra/
tis et siluis sunt boni et lauda bilis
nutrimēti. et est cibus nobiliū uiro
rū q nō aliter imo auidius ꝓ testu/
dinibus uenāt. cū doctis canibꝫ q̃
ꝓ q̃leis et ꝑdicibꝫ elixāt abcisis pe
dibus tibiis capite et toto collo.
Oua istaꝝ testudinū sunt singulis
medicīa et cibꝫ ꝯtra epilētiā. Tes
tudiēs iste ꝯcedūt ethicis et ꝯsūp/
tis cū sit īpurgatiē et irrstauratiē.

tartaruga
bona est.
ova bona

De pane. Capitulũ. lxxvi

